



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Druzbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

17. Considerando Passionem Christi, ut Causam maximorum bonorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

as in profundo. His ditavit trophæum Crucis,  
 onsummatio Passionis, cum ad Judæorum  
 asphemias Humilis, ad vulnera Patiens intus  
 nguis, foris clavis pungeretur: nam & Chari-  
 s in eo perfecta est, quod pro amicis animam  
 s fuit, & obedientia consummata, cum incli-  
 ro capite tradidit Spiritum, factus obediens,  
 que ad mortem. „]

## MODUS XVII.

DECIMUS septimus Passionem Dominicam  
 meditandi modus est: Considerare illam,  
 est Causa maximorum bonorum. Quia enim  
 ffione Christi Domini redempti sumus ac sal-  
 legeti, ideo quidquid boni in salute redemptione-  
 in tate nostra est, eique conjunctum noscitur, vel  
 ra de eam requisitum, totum hoc à Domini Passio-  
 tūs causatum est.

Primò, Igitur consideranda est Passio Chri-  
 inf, tanquam Reconciliatio Patris Æterni, & satis-  
 s, fectio Justitiæ ipsius, abolitio quoque injuriæ,  
 Vide dem à vilissima creatura illatæ, & ea quidem  
 equata, rigorosa, condigna, copiosa, super-  
 eandans.

Secundò, Consideranda est Passio Christi  
 us) quam Manifestatio, exhibitio, prædicatio,  
 iis cressio, & (typographiæ instar) impressio,  
 exhalgatioque immensæ charitatis, misericordiæ,  
 iam eralitisque, tam Dei Patris, quàm Christi  
 virtutis. • Dei quidem in nos, quos sic dilexit, ut  
 atur ium suum unigenitum daret pro nostra salute;  
 Obristi autem, tum in Patrem, tum propter Pa-  
 a Hum in nos: quos ille dilexit, quia in tantum

diligi à Patre vidit, & sua vitâ, morte, sanguine redimi velle, statutumque scivit. Amore & reverentiâ in Patrem, commiseratione & Christi mentîâ, in nos ductus, obtulit sese, ad nos, ut licet per sua dispendia, redimendos, Patrem reddendos.

Tertiò, Consideranda est Passio Christi, quam ipsamet Redemptio, pretiumque omnium nostrum pro nobis, à non insipiente, nec mercatore persolutum. Item tanquam lavatio & ablutio, & in mari rubro sanguinis Christi demersio peccatorum nostrorum. Item tanquam clavis Paradyfi cœlestis. Item tanquam debellatio trophæumque debellati inferni tyranni, mortis quoque, & inferni, & peccati.

Quartò, Consideranda est Passio Christi, tanquam meritum ejusdem, quo meruit nobis quidem veniam & condonationem peccatorum, tam quoad reatum culpæ, quàm etiam quoad deinde, meruit nobis quoque gratiam & misericordiam sanctificantem, nec non cætera salutis præterea, meruit nobis jus ad gloriam, seu gloriam æternam, valoremque bonis operibus, ut possint esse digna merenda, gloriaque æternæ, nec non aliis donis ad sanctitatemque opportunis.

Quintò, Consideranda est Passio Christi, tanquam thesaurus indeficiens, in quo sunt que Ecclesiæ, in Sanctificationem animarum, in ablutionem peccatorum, in expiationem peccatorum, in operationem virtutum, in acquisitionem auxiliorum ad salutem necessariorum, & efficacium.

Sextò, Consideranda est Passio Christi tanquam exaltatio, seu potius meritum exaltationis Christi. Meruit enim Passione suâ Dominus JESUS sibi gloriam corporis sui, exaltationem nominis JESU, ut in eo omne genu flectatur. Potestatem quoque Judicis, & alia similia; quæ etsi naturaliter ex unionis gratia habuerat: habuit tamen & acquisivit eadem insuper ex merito passionis, juxta illas scripturas. *Oportuit hæc pati Christum, & sic intrare in gloriam suam.* Et *Causa tua velut impii judicata est, judicium & justitiam accipies.* Et *Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & Divinitatem, & Sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam.* Et *Si tradiderit pro peccato animam suam, videbit semen longævum.*

*Luc. 24. 20.*  
*Job. 30. 17.*

*Apoc. 5. 12.*

*Isa. 53. 10.*

Septimò, Consideranda est Passio Christi, tanquam jure Sacrificium in Ecclesia, quod usque ad finem sæculi peragitur, & realiter repræsentatur in Sacrificio Missæ, omnibus diebus, in cruentè, in cultum & honorem Dei, in gratiarum actionem pro beneficiis, in impetrationem honorum tam Spiritualium, quam temporalium, nobis ac aliis, in satisfactionem pro peccatis vivorum & mortuorum fidelium, in commemorationem ejus ipsius cruentæ Passionis atque mortis Christi, semel à Christo peractæ seu susceptæ.

Horum similiumque bonorum causa est, meritoque Christi Passio, usque ad consummationem sæculi, ex quorum consideratione haurienda est æstimatio cordialis tum Passionis, tum Passi Christi; hauriendum studium imitationis, & usus ejus; studium participationis, & ad im-

pletionis ejus ex parte in corpore nostro, suum  
 riendus pudor de vili æstimatione, de ingratitudine  
 dine tanti boni, apud tam multos residentis  
 sè, steriliter, indignè; haurienda admirationari  
 liberalitatis Christi, haurienda gratitudo, cato  
 gratiarum actio, hauriendus zelus de præter  
 tantam efficaciam Passionis Christi in proceptu  
 & in aliorum salutem.

## MODUS XVIII.

**D**ECIMUS-octavus Passionem Dominicam morti  
 ditandi modus: Considerare illam, tan deò  
 effectum & fructum; Primò, quidem peccato  
 rum totius mundi: Non quòd nostra prope  
 mori Christum fecerint, coegerintque quomorte  
 lentem; sic enim nemo potestatem in Chem ne  
 habuit, ac multò minùs peccata. Sedit. Si  
 peccata Majestatem Dei læserint, & contionali  
 rint, voluntatem ejus violaverint, iram De Christi  
 vocaverint, & justitiam concitaverint, holiter a  
 que hominibus Deum fecerint, qui placanguis  
 potuerit, nec voluerit, nisi per reparati, ef  
 læsa violatæque Dignitatis, Voluntatis, ium.  
 suæ, & quidem adæquatè, condignè, at 2.  
 rem: id verò fieri nullis puræ creaturæ veusCh  
 ac meritis, non tantùm unius alicujus, se 3.  
 que omnium simul potuerit, sed necesse em A  
 parem Deo in dignitate personam recon em pro  
 cem, satisfactricemque ad id intervenire, 4.  
 nusquam exstabat, nisi apud solum offit, cl  
 læsumque Deum: hoc satis sciens Pater ca risti  
 misericordia purâ ex sese motus, super hor 5. C  
 pereuntes, perditosque æternaliter, dedit is erg